Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36539
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



31 43

sicut unum ex mercenariis tuis. Et
surgens uenit ad patrem suum. Cum
autem adhuc longe esset uidit illum
pater suus et misericordia motus est. Et
accurrens cecidit super collum eius et
osculatus est eum. Dixitque illi filius.
Pater peccaui in celum et coram te
iam non sum dignus uocari filius tu
Dixit autem pater ad seruos suos
Cito proferte stolam primam et indui
te illum. et date anulum in manu
eius et calciamenta in pedes. Et ad
ducite uitulum saginatum et occidi
te et manducemus et epulemur. quia hic
filius meus mortuus fuerat et re
uixit perierat et inuentus est. Et ce
perunt epulari. Erat autem filius
eius senior in agro. Et cum uenisset
et appropinquasset domui audiuit
symphoniam et chorum et uocauit
unum de seruis et interrogauit
que hec essent. Ipse autem dixit illi. Frat
ter tuus uenit et occidit illi pater
tuus uitulum saginatum quia salui
illum recepit. Indignatus est autem
et nolebat introire. Pater autem illius
egressus cepit rogare illum. At ille
respondens dixit patri suo. Ecce
tot annis seruio tibi et numquam man
datum tuum preterii. et numquam
dedisti mihi hedum ut cum amicis me
is epularer. sed postquam filius tu
us hic qui deuorauit substan
tiam suam cum meretricibus uenit occidis
ti illi uitulum saginatum. Et ipse dix
it illi. Fili tu semper mecum es et om
nia mea tua sunt. Epulari autem
et gaudere oportebat quia frater
tuus mortuus fuerat et reuixit
perierat et inuentus est. OFF. Iui mi
na oculos meos ne quando ob
dormiat in morte ne
quando dicat inimicus meus
preualui ei aduersus eum. SE. His sacrificiis domine pla
catus concede ut qui pprius ora
mus absolui delictis non grauem
ur eternis. Per CO. Postquam fili
gaudere quia frater tuus mortuus fu
erat et reuixit perierat et inuentus est.
Sacramenti tui domine diuina co
libatio penetralia nostri cordis infun
dat et sui participes potenter ef
ficiat. Per S. P. Familiam tuam qs
domine continua pietate custodi ut
que in sola spe gratie celestis innitu
tur celesti etiam protectione mu
Oculi Dom. iii. mat. Per
mei semper ad dominum
quia ipse educet de laqueo
pedes meos respice in me
et miserere mihi quoniam unicus
et pauper sum ego.
Ad te domine leuaui animam meam.
Oscompe ds uota humilium or
respice atq; ad defensionem